

## XXXVIa. APVLAE INCERTAE.

6253 nel cortile della fattoria d' Erba de' PP. Gesuiti in Puglia AVCTOR  
GORII; quo quid significetur nescio.

N · MAEDIUS · C · L  
NICEPHOR · ET  
MEDIA · C · L  
CLEOPATRA  
5 MATER · VIVI · SIBI  
FECERVNT

In folio duplice (inserto cod. Gorii Maruc. A 6 f. 164. 165) legitur et  
hic titulus et alii quidam reperti Fani Fortunae, Faventiae, Pisauri.

6254 traditur cum Canusina n. 345, Ausulanis n. 662. 668. 6016,  
Beneventana n. 1567, Saepinatae n. 2457, Bovianensi n. 2562, Neapolitana vol. X n. 2780, Casinate vol. X n. 5172, Aquinate vol. X n. 5386, Interamnate Nahartium (Grut. 113, 2). Loci in plerisque aut omissi sunt aut adscripti manu secunda. Hunc titulum quo loco magis apto collocarem, non habui.

D · M · S  
RAIAE · SVCESSAE  
L · RAIUS · MAXIMVS  
SORORI  
5 ET ENNIA · FLAMININA  
ET VMETTIA · SEVERA  
Matri  
B · M · P

Codex Senensis G.  
III. 27 f. 48'.

## REGIONIS ITALIAE SECUNDÆ PARS TERTIA.

### HIRPINI.

## XXXVII. AQVILONIA (p. 88).

Lacedognac titulos cum antea repertos tum qui prodierunt a. 1848 seq., quo tempore ecclesia cathedralis quae fuit Romanae aetatis aedi superstructa mutata est in aedem S. Mariae cum monasterio adiecto,

canonicus Palmese ei aedi inseri iussit. Descripsit tum eos Andreas Calabrese eo tempore ibi rector seminarii, hodie canonicus Trevicensis, eosque liberaliter mecum communicavit a. 1880.

6255 extra Lacedognam in turri campanaria ecclesiae quae dicitur *la Capitale* meridiem versus XXX palmis a solo.

D I V O  
A V G  
D · D

Mazochius syll. ms. ab auditore Gagliardi.

6256 Lacedognae rep. in thermis ibidemque exposita.

p. ABIDIVS · P · F · C  
QVOD · AB · INCHOA  
VETVSTATE · CORRV  
A · F V N D A M E N T is refecit

Calabresius misit duobus exemplis.

Hiatus nulli indicantur. — 1 BABIDIVS ex. II.; BADIDIVS ex. I. — 2 INCHOA ex. II, INCHOATA ex. II. — 3 CORRV ex. II, CORRVERAT ex. I.

6258 Lacedognae rep. a dextra ecclesiae S. Mariae.

*a diuo anto* NINO · PIO  
AVGVSTALES  
STRÄVERVNT  
*pedes* D C C C

Calabresius misit duobus exemplis.

In principio beneficij cuiusdam collegio Augustalium a Pio concessi  
mentio videtur facta esse. — 1 om. ex. II. — 4 om. ex. I.

6257 Lacedognae. *L' antica lapide di grande superficie e con cifre cubitali fu ritrovata spezzata in quattro parti, che ricomposta, per molto tempo giacque innanzi la chiesa della Madonna, ma poi fu appropriata da un facoltoso dal comune per uso di fabbrica. Il Palmese si prese la cura di farla rinnovare CALABRESE.*

M · LV C C E I V S · C · F  
III · VIR · AED · pot. PISCINAM  
PVRGANDAM · ET · LORICAM  
IMPONENDAM · DE · VRBANORVM  
5 O P E R E I S · CO E R A V I T

Calabresius descripsit.

2 AEDI...PISCINAM Calabr., AED·PISCINAM ex. recens. — 3 fin. hiatus non adnotatur.

Operas civibus imperari potuisse in aedificationibus publicis eique rei aediles praefuisse, id quod docuit lex coloniae Genetivae c. 98 (cf. Ephem. epigr. 2 p. 127), hic titulus confirmat. Ea lex cum ad operas eas adigat quicumque intra eius coloniae fines domicilium praediumve habet, hic e contrario operas praestant soli urbani, nimurum qui in ipso oppido habitabant (cf. Ephem. cit. p. 135).

6259 Lacedognae in ecclesia S. Mariae.

L · PER CENNIVS  
L · L · EPICADVS · AVG  
PLATEAM · STRAVIT  
PEDES · D C C C

Calabresius misit.

Gemellus est unici tituli Aquiloniae supra in sylloge nostra relati n. 968.